

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

Henricus, de Sancto Ignatio

Leodii, 1709

Caput 15. Ad perficiendum Sacramentum non sufficit habitualis intentio
Ministri: nec requiritur actualis: sufficit virtualis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](#)

quit) bonitatem Dei, non tam precipit amorem fui, quam odium velat, sive formale & actualis (quod non humanum, sed diabolicum est) sive materialis, quod in mandatorum transgressione possumus est. Et cap. 2. magnum divinae dilectionis mandatum explicans, dicit, quod sine interno amoris affectu ceteras divinas leges sub mortali obligantes adimplentes, in rigore obedit magno mandato, quantum satis est, ut salvis sit. Et in responsu ad libell. famos. pag. 21. Non parum est, si semper in vita uno amoris actu fungemur, a quo hoc plus feret, quam quod in rigore precipitur. Quam propositionem cum alter ejusdem cum Srimondo Instituti post damnatam ab Alexandro VII. propositionem 15. ex 45. renovata in Thesi propugnata in Collegio Musipontano 14. Januarii 1689. his verbis: Finem ultimum homo non tenetur amare, neque in principio, neque in cursu vite sue mortalium: Alexander VIII. in decreto de 24. Augusti declaravit haereticam, & ut talim damnavit.

138 Octavum, magnum divinæ benignitatis ac misericordiæ erga homines beneficium vari Recentiores existimantur, quod tot sint in mundo probabiles opiniones, per quas tam suave redditum (inquietum) jugum Domini, ut tametsi tota penè Theologia Moralis problematica sit Escobario, qui pluribus ingentibus voluminibus penè totam problematicam conscripsit, id est secundum duplum viam, quarum una alteri contradictoriè opponitur: est, & non est: licet, & non licet: peccat, & non peccat: tenetur, & non tenetur: sufficit, & non sufficit, &c. nihilominus utramlibet ex duabus hisce viis ad eum securam pronuntiat, ut quacumque duarum primâ diversarum inveniuntur homines, rectâ tendant ad superos. Ita ille to. 1. Theol. Moral. in præloquio c. 3. n. 13. Hinc Bafleus verbo conficiunt: Ex opinionum (Inquit) varietate, jugum Christi suaviter suffinetur. Posset namque evenire plerosque hominibus rebellis se prodere, si ad aliquid determinatè agendum, vel omnitudinem constringerentur.... Providentia ergo superna cautum est, uticam tantam viam operationum moralium non dari, sed rectam posse inveneri actionem, sive iusta unam, sive iuxta alteram opinionem operentur mortales. Ideo bonitas divina diversa ingenia hominibus constituit, quibus diversa inter se iudicia rerum ferrent, & se recte operari arbitrarentur. Deo namque nullum emolumen accrescit, quid quis operetur iuxta unam vel alteram opinionem: solùm desiderat mandatum suum non infringi. Cum igitur iuxta probabilem opinionem operans Dei præceptum non infringat, Dei non intercessi quidquam, quid juxta unam vel alias opinionem operatio dedicatur. Haec tamen Bafleus. Et concinni Sancius in scel. disp. 44. Ergo Ecclesia Catholica felicior dici debet (ait Garciæ in Theol. Regul. disp. 6.) quid exaberat sanctissimis & doctissimis viris, qui introduxerant benignas opiniones. Quia dannarentur plurimi, quos sententie probabilitas salvat. Nec inde Ecclesia infelix, quid Doctores operentur passim; sed & inde felicior, quod benignis & faciliis suis possit ad lauream empyream promovere. Quod & Spinula (post Henricuz) repetit in opusc. de libera & prudenti electione disp. 3.

139 Hinc rursus Caramuel in epist. ad Anton. Dianam: Ego ingenium Diana, viri quidem doctissimi, veneror. Ejus industria multas opiniones evallisit probabiles, que anteà non erant, invidius sit qui non affirmet. Si jam sunt probabiles, que anteà non erant, jam non peccant, qui eas sequuntur, licet anteà peccaverint. Ergo si ejusmodi peccata ab Orbe Litterario Diana suffulsi, merito dicetur Agnus Dei, qui absulit peccata mundi. Habet Navarrus & veteres Casuistæ gloriari suam:

funto Leones, & à rigore & severitate laudentur. Esto Agnus tu, laudandus à benignitate.

Uique adè vero magnum illud probabilitatis, 140 seu divinæ bonitatis ac misericordiæ per probabilitatem beneficium, novi illi Agni Dei, peccata mundi tollentes, extulerunt, ut ad excusandam operationem à peccato Tamburinus l. 1. in De. cal. c. 3. §. 3. n. 3. & 8. Pasqualigus decif. 18. aliqui Probabilitas, minimam de leicto probabilitatem, dummodi probabilitatem, sufficere docuerint, etiam si de ea probabilitate non nisi probabilitas considererit. Sed hoc Innocentius XI. propos. 3. meritisime condemnavit.

Nono, Franciscus Carolus Reynalters in Appendix ad suam responsionem brevem n. 241. 242. & 243. tantum predicit Dei erga peccatores quoscumque misericordiam, ut omnibus ultrò sic offerat gratiam verae poenitentiae, quod non si multo tempore, vel labore requirendā, sed ei dumtaxat contentiendum. Et n. 280. addit, quod ad contritionem imperfectam, etiam à confutudinarii elicendam (de iis enim agit tota Appendix) imò spē ad perfectam non requiriunt aliis labor, quam ut poenitens, se preparans ad confessionem, examinat̄ conscientiā, conetur excitare verum dolorem, ex consideratione turpitudinis peccati, & bonitatis divinæ offensa: tunc facient quod in se est, Deus non deest. Quis non solum infundat, sed & alicui esse à Scriptura & traditione, probabit ubi de poenitentia.

Decimo, Author Pentalogi diaphorici in Appendix fol. 7. Si quoties (inquit) recidivis se immunit de bono in malum, toties divina misericordia vult recidivum immutare de malo in bonum, qui accusabis adversus recidivum? . . . has variantes divina misericordia divisit.

Undecimo, idem in Pentalogo c. 6. n. 51. 143 postquam dixit, quod ad completionem divina misericordia participationem requiruntur diversi gradus peccatorum, quorum aliqui uno, alii aliis modis divinam participant̄ misericordiam: tres (mete ex sensu suo) comminiscuntur ordines electorum. Quorum tertius est eorum, quos continuâ cadere permitit Deus, us per Sacramentum pœnitentia continuâ resurgent.

Duodecimo, idem in elucidatione circa usum 144 absolutionis fol. 97. taciti predicit excessum divine misericordie, ut etiam à peccantibus ex habitu per viginti annos, centieque & centies in eadem peccata relapsi, tametq; vitam duxerint enormiter flagitiosam, nullumque sit crimen, quod non committerint, ad hoc ut sacramentaliter à Sacerdote absolviri possint, nec postuler emendationem notabilis tempore, nec fructus dignos pœnitentia, sed folia dumtaxat. Qua tria effata ipsius, divina Scriptura, Sanctorumque traditioni contraria esse ibidem ostendemos. A supradictis proinde opinionebus abstinuissent haud dubie memorati Authores, si de divina misericordia aliud non sensissent, nisi quod ex sacris Litteris, & Sanctorum traditione didicissent.

CAPUT XV.

Ad perficiendum Sacramentum non sufficit babilis intentio Ministri: nec requiritur actualis: sufficit virtualis.

Capite undecimo probavimus in Ministro Sacramenti necessariam esse intentionem facienti Sacramentum. Quod quia tribus modis Minister intendere potest, utique vel actualiter, vel virtualiter, vel habitualiter. Quærerit utro istorum modorum id debeat intendere?

Intentio actualis: illa est quam Minister habet 146 actu, dum conficit Sacramentum, sive (ut Syl-

- vius hic) est praesens animi applicatio & attentio ad opus quod agit. Ad quod non est (inquit) necessarium, quod quis ore, vel corde formaliter dicat haec verba, intendere hoc facere; sed oportet ut animo sit praesens, attendendo ad verba, verborumque sensum, & actu advertendo quid agat. Ita namque est actualis intentio in actu exercito.
147. *Intentio virtualis*, est ipsam actualis, quae precessit, & moraliter perseverare censetur in Ministerio, dum perficit Sacramentum: quia interruptum est per actum contrarium, & Minister ex ipso continuat & perficit ministerium. *Puta si Sacerdos accedens ad baptizandum, intendit facere circa baptizandum quod facit Ecclesia* (ait S. Thomas q. 64. a. 8. ad 3.) *Unde si postea in ipso exercitio actus, cogitatio ipsius ad alia rapatur, ex virtute prima intentionis perficitur Sacramentum.*
148. *Intentio habitualis*, est intentio operis faciendo aliquando habita, nec retrahata, ex cuius vi opus hic & nunc non procedit: quia nec amplius est in memoria, vel cogitatione; nec amplius existit in fe, vel in effectu, qui via humano modo virtute ipsius: cum etiam in dormiente reperiatur, qui humano modo agere non valeret.
149. *Quamvis ergo studiosè curare debet Sacramenti Minister, ut etiam actualem intentionem habeat* (ait S. Thomas loco citato) *hoc tamen sicut necessarium non est ad humano modo agendum; sic necessarium non est ad Sacramentum perficiendum. Alias sacramentale ministerium foret scrupulis plenum. Cum humanum ingenium adeo vobile sit, & distractionibus obnoxium, ut non sit totaliter perfitum in nominibus posse habere actualem intentionem* (pergit S. Doctor) *quia, prater intentionem, cum homo vult multorum intendere, incipit alia cogitare, secundum illius Pstl. 39. Cor meum dereliquit me.*
150. Necesse est quod intentio sit plusquam habitualis. Quia collatio Sacramenti esse debet actus humanus & liber, ex judicio rationis procedens. Ad actum vero humanum & liberum intentio non sufficit habitualis. Cum etiam in ebris, amentibus & dormientibus, libertate & judicio carentibus, reperiatur.
151. Nec quoad hoc contrarius est S. Thomas ibidem dicens, *intentionem habitualem sufficere ad perfectionem Sacramenti*. Tum quia manifeste per habitualem intelligit virtualem, cum eam explicet eo modo quo virtualis ab omnibus, ab ipso ejam. S. Doctor exponi solet: explicans namque quod proxime dixit, exemplificat in Sacerdote, qui accedens ad baptizandum, intendit facere circa baptizandum quod facit Ecclesia. *Unde si postea in ipso exercitio actus, cogitatio eius ad alia rapatur, ex virtute prima intentionis perficitur Sacramentum.* Quae cum sit ipsissima descripicio intentionis virtualis, manifestum est S. Doctorem ibi non loqui de habituali ut distinetur a virtuali, sed ut distinetur ab actuallia dumtaxat. Tum quia vehementer dubitat Sylvius, nec sine gravi fundamento, an non sit legendum, virtualem. Cum ex una parte allata descriptio, sit descriptio intentionis virtualis. Ex alia vero parte S. Doctor virtualem alii locis distinguunt ab habituali, ut q. 57. a. 1. ubi distinguit potentiam habitualem à virtute. Et qq. disperguntur de charit. a. 11. ad 3. aliud ceterum dicat habitualiter referre aliquid in Deum, aliud virtualiter. Unde in aliquibus codicibus allata q. 64. a. 8. ad 3. ad marginem habetur, *alias virtualem*. Et in codice Cajetani anno 1540. edito habetur, *virtualem*.
152. Secundum omnes itaque Theologos sufficit intentio virtualis. Quia illa intentio, quae in communis vita usu sufficit ad humano & libero modo
- agendum, sufficit ad Sacramentum conficiendum. Adesse vero censetur illa intentio, quoties Minister ab initio cum humana advertentia fecit applicavit, & membra movit ad actionem sacramentalis exercendam, & ex vi istius applicationis membra manent applicata continuantque motus suos. Quod tamidū durare censetur (ait Sylvius) quamdiu durat motio membrorum ex vi primae applicationis, tamen contingat mentem divagari. Motio vero ista membrorum durare censetur, donec vel finiat, vel res intenta obtineatur, vel donec per contrariam intentionem, aut impedimentum supervenientis interrupatur. Sic dum Sacerdos pulsu campana vocatus ad celebrandum, ex fine pergit ad Sacrarium, ibique se preparans, deinde assumit sacras vestes, itque affluptis vadens ad altare, Missam inchoat, & continuat usque in finem, quidquid agit in Missa, agere censetur ex vi prima intentionis, non obstante distractione tantā, ut in consecratione v. g. de consecratione non cogiter.
- Sic non facile explicari, quānam sit, & in quo permaneat virtus illa prima intentionis & applicationis, postquam intentio actualis defit esse actualis? cum intentionis quae esse defit, nulla possit esse virtus, nulla proprietas, juxta illud: *non enim nulla proprietas*. Qui enim dicunt, quod maneat in effectu suo, i.e. effectibus, ordinatè procedentibus ex vi prima illius intentionis; non videant solvere difficultatem. Quia superest explicandum, quomodo, & per quid prima intentione influere censetur in effectibus illis, postquam esse defit, & quā ratione effectus illi tunc consequuntur ex vi ipsius?
- Respondeo 1^o. intentionem actualē finis, 153 antequam desineret, movit voluntatem ad voluntatem media, à primo ad ultimum, donec finis obtineatur; adēcōque in effectibus illis in fluere per actualē voluntatem mediorum, que ex toto non cessat, sed perseverat usque dum finis obtineatur, licet ad eam non reflectatur.
- Quā explicatio intelligibilior est opinione plurium Recentiorum, auctiūm (cum Scoto) ad id non esse necesse, quod perseveret aliqua voluntio actualis, sive circa finem, sive circa media, quae sunt ad finem. Quia postquam voluntas felī mel imperavit potentie inferiori; hæc in sua actione naturaliter pergit, ut patet in horaria ambulatione. Siquidem ambulans per horas non semper actu cogitat de ambulatione, nec proinde semper actu vult ambulationem. Hæc (inquam) opinio minus intelligibilis videtur. Quia ordinata series actionum, nullam inter se naturalem connexionem habentium, imò sāpē ab arte intellectuali dependentium, difficulter intelligitur esse absque aliqua subtili attentione intellectus cas dirigente, voluntioneque eas imperante: tametsi attentionē & voluntio ista catenū abesse videatur, quacunq; ad eam non reflectitur.
- Respondeo 2^o. Ministrum Sacramenti in præxi non debet esse sollicitum de modo quo sua intentione virtualiter perseveraret, dum contingit mentem suam divagari. Quidquid enim de eo sit in speculazione (qua de re nos fūimus to. 1. ubi de relatione virtuali actionum nostrarum in Deum, & to. 2. ubi de attentione virtuali in recitatione Horarum) & sive subtilis illa attentionē & voluntio in ipso sit, sive non sit, dum mens ipsius taliter avolat; in præxi dubitare non debet, intentionem ab initio conceptam virtualiter perseverare, & influere in ea quæ facit, quamdiu ordinatè pergit in ministerio per ipsam inchoato, & ipsa nec per contrariam intentionem revocata fuit, nec per impedimentum supervenientis interrupta. Maxime si dolcat de sua illa mentis divagatione, dum ad eam reflectit, sicutque animo constitutus

152

154

155

156

sit, non obstante sua distractione, ut interroga-
tus, num veit Sacramentum conficeret sincerè
respondat affirmativè. Tunc enim non minus
in praxi certus est, quod humano modo perget
in sacramentali ministerio, quam quod humano
modo perget in exercito aliarum actionum hu-
manarum, quia simili modo cum mentis distra-
ctione pergit. Et tantò minus esse debet in praxi
sollicitus, nim in ipso manerit, vel non man-
serit subtilis illa intentio & volitio actualis, quan-
to minus eam percipere potest, ut farentur afer-
tores ipsius. Cum ad nihil servire possit sollicitu-
do de re imperceptibili, nisi ad infraeuentos seu
inanem capitum vexationem, nec certitudo sua
intentionis pendere possit à permanentia illius at-
tentiois & voluntios imperceptibilis, de qua nul-
la haberit potest certitudo.

CAPUT XVI.

**Mortaliter haud dubie peccat Minister, Sacra men-
tum quodcumque administrans cum conscientia
peccati mortalitatis.**

157 Robatur 1º. ex Levit. 21. ubi vel ipisis Sa-
cerdotibus veteris Testamenti vetitum erat,
maculatos accedere ad altare, ibique sacrificia &
oblationes offerre: *Sacerdos... qui habuerit ma-
culam, non offeret panes Deo suo... non accederet
offerre oblationem Domino.* Si id vetitum erat in
veteri Testamento, quād magis in novo? Et
cui attendenti materia gravitatem dubium esse po-
test, inhibitionem illam esse sub mortali: cūm lex
divina in materia gravi nunquam non obliget sub
mortali.

158 2º. ex Levit. 19. *Sancti eritis, quia ego San-
ctus sum.* Et Isa. 52. *Mundamini, qui fertis vasa
Domini.* Quād magis sancti & mundi esse de-
bet Ministri Sacramentorum novæ legis, quibus
non umbra & figura gratia, Authorique ipsius,
sed vel ipsa gratia, vel etiam Author ipse gratia
continetur?

159 3º. ex Isa. ult. ubi figuraliter exprimitur, quād
grave peccatum sit, sanctissimam actionem (qua-
lis est sacrificium offerre, vel Sacramentum con-
ficeri) non sancte exercere, sed immundo cor-
de, quād actio profana esset: *Facinorosus, qui
sanctificari mibi vitulum, quasi canem occidat;* &
qui cogit similaginem, quasi sanguinem porcinum;
& qui offerit abusus in memoriam, quasi blasphemus;
Referuntur can. per Esaiam 1. q. 1.

160 4º. ex cat. baptismus de Consecr. dist. 4. ubi
ex Auguflino tr. 5. in Joan. dicitur: *Iustos esse opor-
tes tanti Iudicis Ministros:*

161 5º. ex Gregorio IX. cap. quæstum extrav.
de temp. ordin. Quæstum est de Sacerdotibus, & aliis
Clericis, qui post reatum adulterii, perjurii, ho-
mocidii, vel falsi testimonii, bonum recte conscientiae
perdidere. Responsum quod... si non paenite-
rint, monendi sunt, & sub intermissione divini
iudicij obstendandi, ut, in testimonio sua damnatio-
nis, in subiectis ordinibus non ministrant.

162 6º. quicquid sanctitatem Sacramentorum quanti-
tum in se est polluit, mortale sacrilegium admittit.
Sed quicquid ea ministrat cum conscientia
peccati mortalitatis, corum sanctitatem quantum in
se est polluit: cūm ea indignè & validè irreveren-
ter ministrat, perinde ac si sancta non essent, sed
profana, quæ (test. S. Thoma 2. 2. q. 99. a. 3.)
inter res sacras summum locum obtinent. Ergo
mortale sacrilegium committit. Tametsi cum
Sacramenta secundum scripta incontaminabili sint
(ait idem Angelicus Doctor 3. p. q. 64. a. 6.) ni-
hilominus hoc peccatum pertinet ad irreverentiam
Dei, & contaminationem Sacramentorum quanti-
tum ex parte peccatoris. Ex quo consequens

est, quod tale peccatum sit ex genere suo mortale,
ob gravitatem irreverentiae. Quam rationem An-
gelicus Doctor deponit ex Auguflino l. 2. contra
Parmen. c. 13. dicente, quod Sacra menta malii
Ministri, quantum in ipsis est, polluere dicuntur,
cum illa impolluta permaneant. Nam & de spiritu
qui nullo modo potest extinguis, dictum est tamen,
spiritu nolite extingue, id est, quantum in vo-
bis est, nolite sic agere, tamquam concubini spiritu
extingue... & nomen Domini nullo modo
pollui potest, & tamen dictum est Amos 2. filius &
pater intrabant ad unam pueram, ut polluerent
nomen Dei sui. Sacramentorum vero sanctitatem
polluere & violare, sacrilegia temeritas est, juxta
eundem Auguflinum l. 32. contra Faust. c. 14.
Si quis Sacramenta novi Testamenti ausus fuerit sa-
crilegia temeritate violare, penas divinitus consi-
tutae redditissimo iudicio persolvet.

163 7º. Rituale Romanum iussu Pauli V. editum,
premissa confirmat, de Sacramentis §. 1. dicens,
quod esti Sacra menta ab impari conquinari non
possint, neque a pravis Ministri eorum effectus im-
pari, impure tamen & indigne ea ministrantes
in aeterna mortis reatum incurront. Sicut & Cate-
chismus Romanus p. 2. c. 1. n. 17. aiens, *Sacra-
menta impure ministrantibus aeternam perniciem &
mortem effere.*

Nec vero Rituale, nec Catechismus Romanus
in eo distinguunt ministrantes ex officio, à mini-
strantibus ex necessitate; nec Ministros ad istud mi-
nisterium specialiter consecratos, à non consecra-
tos. Et ratio n. 162. allata probat, etiam non consecra-
tum committere sacrilegium. Quia sicut
Minister consecratus peccat graviter contra rever-
entiam Deo & Sacramento debitam, illud quanti-
tum in se est polluendo; ita & non consecratus.
Qui etiam reverentia Sacramento debita non per-
mitit Sacramenta sanctitatem polluere. Et ideo
non solus Minister ad id specialiter consecratus,
verum etiam non consecratus mortaliter peccat,
Sacramentum cum conscientia peccati ministrando.
Atque ita docent Durandus, Capreolus, Ga-
briel, Paludanus, Adrianus, Angelus, Navarrus,
Cardinalis de Lugo, & alii: licet quoad Mini-
strum non consecratum dissentiant Scotus, Ca-
jetanus, Sylvester, Bonacina & alii; citantes qui-
dem S. Thomam loco proxime related ad 3.
Sed ibi solùm docet, quod ministrans ex officio,
five consecratus, in causa necessitatis non peccat
baptizando, in causa in quo etiam potest laicus bat-
tizare. Quod verum est quando Minister, five
consecratus, five non consecratus, ob temporis
angustiam moraliter non potest in se sufficientem
excitare contritionem, eo quod proximo extre-
mo periclitant statim ministrandum sit Baptismi
vel Peccati Sacramentum. Quo casu excusat
ab irreverentia, si excitato momentaneo dolore,
qualem pro tempore angustia excitat potest,
necessarium statim ministrare Sacramentum. Cum
enim Sacra menta ob salutem hominum instituta
sint, in perplexitate, in qua utrique & quæ primò
confusi non potest, prius saluti proximi consulendum
est, quam reverentia Sacramenti, per contri-
tionem insufficientem ad justificationem.

Extra hanc itaque perplexitatem Minister, etiam
non consecratus, cum conscientia criminis mi-
nistrando, mortaliter peccat. Et hoc de conse-
cra to Doctores ferè omnes ad eum certum existi-
mant, ut vel ipse Diana, tametsi à Caramuello
vocabus *Agnus Dei*, qui tolleret peccata mundi,
p. 10. tr. 16. retiol. 28. post Turrianum, & Pe-
trum de Ledesma, improbabilem meritò censeat
contraria opinionem Hieronymi Eiamas, tam-
etsi Chrouser in Reg. S. Francisci c. 7. lect. 21. &
Marcus Vidal de Ministro Sacram. inquisit. un.
n. 69. & 75. eam reputent probabilem,